

1489. i. 22. Martij.

Janu

Ex Orig: Archi Regni 441.

Od Bajazetta Cesarea Tur:
chiego, do Krola Kazimierza przez
Pana Mikolaja Firleja prz:
mierze potwierdzając

439.

145

5

Sultan Bayezith Dei Gratia
Asia, Grecia etc, Imperator Maxi:
mus, Inpresentiarum misit huc ad por:
tam Nostram Illustrissimus et Excel:
lentissimus Dominus Chasminus Rex
Polonia, Spectabilem et Generosum
Nicolaum Firley Daubronoycha in
suum Oratorem, ad confirmandam a:
micitiam et pacem, que inter nos
est. Venit igitur ad presentiam Nostram
dictus Orator, et fecit verba super
hac causa; ac confirmavit predictam
amicitiam. Que confirmatio incipit An:
no Jesus 1489. 22 Die Mensis Mar:
tij, et est talis confirmatio certificata
a modo usque ad annos duos. Et pre:
sentes litera scripta sunt in fidem
et certitudinem. Quod a Die hodierno
usque ad duos annos, inter Nos, et pre:
fatum Jh: Regem, sit pax firma.
Itaque a Nobis, et a nostris Socrapis
et servis, ac omnibus subditis nostris,
nulla molestia nec Damnum inferatur,
promittit terris et Castris, ac villis per:
tinentibus

linentibus ad regnum Polonie et
Magnum Ducatum Lithuanie, ac
etiam omnibus et singulis homini-
bus sibi subditis, similiter et quod
ab ipso III^o rege predicto omnibus et
singulis provinciis terris, ac locis
Magni Imperij nostri nullum dam-
num sive molestia aliqua inferatur.
Sed sit pax et amicitia firma inter
utramque partem, jurantes per De-
um, quod Donec predictus rex obser-
vabit dictam fidem suam et pacem
nec ab ipso fiat aliquid contrarium.
Nos etiam debeamus observare pa-
cem nostram et fidem, nec fiet a
nobis aliquid contra fidem et pa-
cem predictam. Ex Constantinopoli
Vigesima Secunda Martij. Anno Jesus
Millesimo quadringentesimo Octuago-
simo nono.

Ja Kopia przepisana z Ory-
ginatu Tureckiego po Lacinie
pisanego, Dnia 26go. miesia-
ca Pazdziernika. Roku lan-
skiego 1785go.

1789 Trajzet kapucynow iz polskoy na 2 lita z Arleianu dostanu do
do 2 lat ta iot od 1789. 22 Marca utworzony y ze gory zachoda
przez Salazad bzdre Porta go na nelsuzy